



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

45. Christus Magdalena[m] egregiè defendit.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

rat eum, ait intra se dicens: Hic si esset propheta, sciret utique, quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum: quia peccatrix est.

Luc. 7. v. 39.

II. Et respondens Iesus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic. Duo debitores erant cuidam foeneratori: unus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donavit utrisque. Quis ergo eum plus diligit? *Luc. 7. v. 40. 41. 42.*

III. Respondens Simon dixit: Aestimo, quia is, cui plus donavit. At ille dixit ei: Rectè judicasti. *Luc. 7. v. 43.*

MEDITATIO XLV.

Christus Magdalenam egregiè defendit.

I. **E**T conversus Iesus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intra- vi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrymis rigavit pedes meos, & capillis suis terxit. *Luc. 7. v. 44.*

II. Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos. *Luc. 7. v. 45.*

III. O-

III. Oleo caput meum non unxisti: hæc autem unguento unxit pedes meos. *Luc. 7. v. 46.*

MEDITATIO XLVI.

*Christus peccata dimittit
Magdalene.*

I. **P**ropter quod dico tibi, (*ô Simon:*) Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. *Luc. 7. v. 47. & 48.*

II. Et cœperunt, qui simul accumbabant, dicere intra se: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? *Luc. 7. v. 49.*

III. Dixit autem ad mulierem: Fides tuate salutem fecit: vade in pace. *Luc. 7. v. 50.*

MEDITATIO XLVII.

*De missis ad predicandum
Apostolis.*

I. **I**esus convocatis duodecim discipulis suis, (*Apostolis, Luc.*) dedit illis potestatem spirituum immundorum, (*super omnia*